Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eum clamide: ⁊ induerunt eum uestimentis eius. ⁊ duxe
runt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt ho
minem cyrenen nomine simonem. hunc angariauerunt ut
ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur
golgotha. quod est caluarie locus. Et dederunt ei vinum
bibere: cum felle mixtum. Et cum gustasset: noluit bibere.
Postquam autem crucifixerunt eum: diuiserunt uestimenta
eius sortem mittentes. Et sedentes: seruabant eum.
Et impposuerunt sup caput eius causam ipsius scrip
tam. hic est ihc rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones: unus a dextris: ⁊ unus a sinistris.
Pretereuntes autem blasphemabant eum: mouentes
capita sua ⁊ dicentes. Vah qui destruit templum
dei: ⁊ triduo illud reedificat. Salua te metipsum:
si filius dei es descende de cruce. Similiter ⁊ principes
sacerdotum illudentes cum cum scribis ⁊ seniorib⁹
dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum
facere. Si rex israhel est: descendat nunc de cruce: ⁊ cre
diimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si multum
eum quia filius dei sum. Id ipsum autem ⁊ latrones qui
crucifixi erant cum eo improperabant ei. A sexta autem
hora tenebre facte sunt super vniuersam terram: usq
ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit
ihs voce magna dicens. Heli. Heli lemazabactani.
hoc est deus meus. deus meus ut quid me
reliquisti me. Quidam autem illic stantes ⁊ audi
entes dicebant. Helyam uocat iste. Et continuo
currens unus exeis: acepta spongia implenit
aceto ⁊ impposuit harundini: ⁊ dabat ei bibere.